

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum
Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia
Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus
Speciminibus recitavit & excerpit**

Beyer, Georg

Lipsiae, 1720

VD18 90548167

XIIX. Petri Gudelini Commentarium de Jure Novis simo Libri sex. Arnhem.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14273

nus ignoratis. *Cap. 8.* de Taxandria Regio
Cap. 9. de arborichis populis. *Cap. 11.* nullum
 ille populum Salicum, sed Salicos a Sala i.e.,
 dictos, fuisse nobiles, aulicos ministros
 &c.

In Glossario subjuncto explicat voces ad
 cas in legibus Salicis occurrentes. Ubique
 dite ratiocinatur & magnam antiquitatis Gen
 nicæ notitiam spirat.

XIX.

*PETRI G U D E L I N I Commentariorum practic
 de Jure Novissimo Libri sex. Arnhem,* inutili
1661. in 4. plagg. 53. busio c
 si utru
 aliqua

PEr *jus novissimum* hic non intelliguntur dum e
 res hodie recepti, sed imprimis *Jus novi*. Si
 num *Justinianeum*; scil.

Continet hoc opus *prælectiones ad Novellam*, (p
 ordinem justum redactas, quem laborem exercitis rec
 hoc seculo in Academia Lovaniensi suscepit, tima e
 nempe tempore, quo *Conr. Rittershusius* nondi autori
 animum ad similem conatum applicuerat; eti tales si
 vero Gudelini typis expressa secuta demum negari
 editionem operis Rittershusiani; utraque simili no
 fato, quod defunctis autoribus a filiis procurauit. Vi
 fuerit. Methodus Gudelini a *Prateji* methodo bri M.
 (vid. supr. recensionem Rittershusii Exposit. N pag. 3
 vell.) non adeo differt; scil. postquam *Lib. 1. cap. 10.* M.
 & 2. pauca de *Novellis* in genere & instituti est, ut
 tione præfatus esset, reliqua hujus Libri parte Freber



personarum ductu Institutionum Justin. exponit, materias de adscriptitiis, jure patronatus dote, divortiis, successione conjugum & secundis nuptiis, locis congruis adjiciendo. *Libro secundo* tractat materias juris in re ; *Libro tertio* jus ad rem, item actiones, exceptiones & restitutiones integrum, *Lib. IV.* de processu Civil. *Lib. V.* de jure publico, quo etiam refert Crimina publica ; *Libro sexto* de jure personarum & rerum sacramentorum.

Omnia ista cum materiis affinibus erudite, & practice tractat, omissis quæstionibus subtilibus & inutilibus. Ut dubius hæream, si cum Rittershusio comparetur, utri palma tribuenda sit ; certe si utrumque in lectione Novellarum conjungatur dum esse dicam, non erravero.

Singulis capitibus subjungit, imo per integrum aliquando capita explicat Jus modernum in Belgio, (præsertim regio) Gallia finitima, jaliisque locis receptum, quod plerumque ex antiquitate insipit, tanta eruit, & breviter, sed sufficienter proponit & autoritate & rationibus confirmat, quæ cum sæpe ; editales sint, quas & in Germania nostra obtinere non negari nequit ; non sine utilitate Gudelinum fore nostris passim applicare possumus.

Vitam hujus Autoris exhibit in *Oratione funerali Maximilianus Wittebort*, quæ huic tractatui sit. N pag. 357. seqq. annexa, deinde ab *Henningo Wittebort, Memor. & Ctorum Decad. I. pag. 57—66.* inserta est, ubi & reliqua ejus scripta enumerantur. add. *Ercker. Theatr. Vir. Erudit. p. 1027.*

XIX.

*JUSTI GEORG. SCHOTTELII
singularibus quibusdam & antiquis in
mania Juribus & observatis maximam
partem adhuc usitatis. Frf. &
Lipsiae in 8.*

Exhibentur hic & explicantur XXIX. diversa
ris Germanici genera, quorum titulos addi-
significatu brevissimis subjicimus:

*Hagestolzen-Recht, jus misogamorum, quo
quæ in odium cœlibum variis in rebuspubl
constituta sunt, enumerantur & de conjugi
cessione apud Germanos agitur.*

*Baulebungs-Recht, Haupt-Recht, jus cada-
jus capitale, vi cuius Dominus mortuo subd
optimum equum, mortua vero subditi uxori
ptimum ex induviis vindicat. Injicitur hic
mund & Churmede.*

*Baar-Recht, jus cruentationis, quando de-
tore cædis non constat, ut suspecti ad cadaver
ducantur, an ex hoc sanguinis fluxus indic
homicidii ab eo, qui cadaver attingit, pat-
faciat.*

*Mann-Recht, quod denotat (1.) *Judicium
malli seu manni solenne*, quod formabat dom-
nus territorii constituto præside & assessoribus
punienda delicta nobilium & ministerialium; at-
tur hic de mallo. &c. (2.) *judicium feudale inter
minum & vasallos in controversia de feudo*, cu-*

sole

